

abitabant in eo Iudas, & omnes civitates eius simul, agricola & minantes greges. Jerem. 31. à 21. Deserta sunt, sed non desertione, ut ultra non habitentur, sicut civitates inimicorum illius, *Quae erunt in desertum & in solitudinem*: Ezech. 29.9. *Mempis in solitudine erit, & deseretur, & inhabitabilis erit*: Jerem. 46.19. Sophocl. d.v.2. *Litius mortalibus inaccessibile, neque habitatum*: hoc est, omnino desertum: Ezech. 26. 19. in Tyrum: *Cum dedero te urbem desolatam, sicut civitates, quae non habitantur*: Isai. 24. 12. *Relicta est in urbe solitudo*. In huiusmodi & aliorum asinum testimoniorum intelligentiam; praevertendus est usus Scripturae: igitur interdum res dicuntur haud praesentibus in praesenti articulo, sed prout erant in priori statu. Luc. 7. 37. *Mulier, quae erat in civitate peccatrix*: pro qua fuerat. Math. 26. 6. *In domo Simonis leprosi*. Apud Ierem. loc. cit. Israël, qui omnino ut meretrix (Ezech. 16. 35.) vocatur *virgo*, à prioritate fidelitate. Eccli. 15. 2. *Mulier à virginitate*. Ioann. 6. 50. *Hic est panis de caelo descendens*. Panis dicitur ex prioritate conditione: etenim ut subditur v. 51. *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*. Liqueat Exod. 7. à v. 10. ubi de virga Aaron dicitur: *Verfa est in colubrum: & devoravit virga Aaron (quae fuerat virga) viginti asinum*. Alia cum testimonij Ethnicorum attestantur, videlicet *Tom. 2. T. 6. n. 24. 5. T. 10. n. 48.* Ita dicuntur civitates & desertae (quod nequit esse, quippe si desertae, non civitates) igitur retinetur nota anterioris status, quo uti tales florebant: sensusque est: Sunt desertae, quae olim civitates: quo intuitu dicit Isaias de Iuda, 54. 3. *Civitates desertas inhabitabit*: etenim redeuntis de captivitate, & civitatis desertis constituerunt civitatem habitationis. Vel potest dici, civitates nominari desertas; quia non ita plena civibus & ornata, sicut antiquitus, uti dicitur Thren. 1. 1. *Quomodo sola civitas plena populo? Ubi pauci, quasi nulli*: de quo egimus *Tom. 4. T. 8. n. 22. & 7. T. 9. n. 28.* Quid sine hominibus, si desertae dicuntur sine arboribus? De Ierusalem Ioseph. 7. de Bell. cap. 1. *Erant (inquit) miserabilis terra facies: nam quae antea arboribus & paradisi ornata erat; ea tunc deserta, praecisis undique arboribus cernebatur: nec ullus cum eius solitudinem tunc videret, continere lacrymas poterat.*

Jerem. 11. 40. *24. Aliter interpretabimur illud: In desertum solitudinis: scilicet, in solitudinem deserti per Hypallagen. Plura exhibui Tomis prioribus in confirmationem schematis*. accipe alia, Iudith, 12. 7. *Baptizabat se in fonte aquae*: id est, in aqua fontis: idem Psalm. 17. 16. *Apparuerunt fontes aquarum*. Eodem sensu Psalm. 106. à 36. *Constituerunt civitatem habitationis, & fecerunt fructum nativitatibus*. Psalm. 135. à 8. *Solem in potestatem diei, Lunam & stellas in potestatem noctis*: hoc est, dies in potestatem Solis, sicut nox in potestatem Luna & stellarum. Ezech. 16. 15. *Exposuisti fornicationem tuam omnibus transuenti*: nimirum, exposuisti te omni transuenti in fornicationem. Isai. 54. 12. *Ponam portas tuas in lapides seu pto: puta, lapides sculptos in portas*. 4. Reg. 9. 30. Hebr. *Pinxit in sibi oculos suos*; ubi Vulgat. *Depinxit oculos suos sibi*. Inter Profanos Pindar. Olymp. 2. v. 85. *Laudes carni nun, pro Carmina laudis*. Horat. 1. Od. 28. 19. *Nullum se o caput Proserpina fugit*: scilicet, Nullum caput fugit Proserpinam, id est, mortem. Virgil. 1. Georg. v. 323. *Tempestatem imbris atris*; pro tempestate atrae. Aeneid. lib. 2. v. 369. *Et plurima mortis imago*, pro *Plurimorum*: & lib. 6. v. 268. *Ibant obscuri sola sub nocte*: videlicet, soli sub nocte obscura. Ovid. 6. Fastor. v. 690. *Casa recesserunt à cute membra sua*: scilicet, cutis à membris. Denique Statius 1. Achill. v. 99. *Niveas ferunt vada Thessala plantas*: pro Niveae planta ferunt Thessala vada. Statius in phrasem, modo in significationem. Quoties genitibus eiusdem vocis iungitur alteri casui, sumitur pro superlativo; uti dicimus *Canticum canticorum* pro praestantissimo cantico. *Psalmus cantici* pro carmine insigni. *Sancta Sanctorum* pro loco sacratissimo. *Vanitas vanitatum*, pro re vauissima (uti praemissi in Prolog. Galeat. 5. 4. à n. 5.) haud secus in praesenti: *Desertum solitudinis* pro asperissimo deserto, pro aridissima undique solitudine, quasi non plus ultra; ut astruimus num. 16. quod Ezechiel explicat Pallogia: *In desertum, & in solitudinem*: quasi vastissimum, immanissimum desertum.

Ezech. 29. 9. *25. Insigni metaphora huiusmodi solitudines praese fert Evangelicus Vates: Erit Babylon gloriosa, incluta in superbia, sicut subvertit Dominus Sodomam & Gomorrbam. Non habitabitur usque in finem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi: sed requiescent ibi bestiae, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt struthiones, & pilosi saltabunt ibi: & respondebunt ibi ululae in adibus eius, & Sirenes in delubris voluptatis*: cap. 34. à 11. de Idumaea: *Posidebunt illam onocrotalus & eric us,*

Retinetur saepe non cum prioris conditionis

Ubi pauci, quasi nulli

Ioseph.

Jerem. 11. 40.

Hypallage.

Patrius casus eiusdem vocis pro superlativo.

Pallogia.

Ezech. 29. 9.

Isai 13. à 19.

& ibis & corvus habitabunt in ea: & orientur in domibus eius spinae & ustices, & palmarum in montionibus eius: & erit cubile draconum & pascua struthionis: & occurrent daemonia onocrotalis. & pilosus clamavit alter ad alterum: ibi cubavit Lania, & invenit sibi requiem, &c. Varias versiones sunt, quia nomina Hebraea omnino ambigua, variationis cogitationum apta; quapropter plurimi voces relinquunt in originali lingua. *Bestiae*: à Forerio, Forliero, Pagnino, Vaxabulo, Sanctio, Maluenda, & Alapide; *Sime*, Cercopitheci, Lynceus, Felis incitans, viverra, & Mantichora (de qua egi, Tom. 4. T. 1. 3. à n. 2.) ab heterodoxis Tremellio & Iunio Scopis, sed haec aves sunt ut videbimus: Ni fallor ibi Et non significat coniunctionem, sed explicationem sententiae prioris: *Requiescent ibi bestiae*, & id est, Dracones, struthiones, &c. quibus respondebunt *Ululae & Sirenes Ullulae*, Hispanice *Autilla*, Curuja, nocturnae species, quae diei possunt scopas ab ululata. *Quoniam in tenebris canunt*: ait Dalecamp. in *Plin.* 10. cap. 49. *Nocturnam esse avem, voce inmanem*. Rhodigin. lib. 12. cap. 14. Meminit Athenaeus lib. 9. cap. 10. & Alian. 15. *Histor. animal.* cap. 28.

26. Sirenes, quae faciunt, & earum industrias, diximus saepe: latè differit Natal. Comes 7. *Mytholog.* cap. 13. & Gyrard. *Syntagma*, 5. num. 42. Sat sit in iudicium Plinius, qui cuncta credit: *Nec Sirenes impetraverint fidem* (ait lib. 10. cap. 49.) licet affirmet *Dino*, in India esse, mulierumque earum cantu, quos gravatos somno lacerent. Eadem quidem fitione, quae Lantè signantur, sese attemperante Scriptura opinionio vulgaris; ut praenotavi *Tom. 5. T. 5. n. 5.* Unde ab aliquibus legitur: *Daemonia, Spiritus immundi, bestiae silvae, animantia fera & horrida, monstra insignia*; quia definit in serpente seu piscem mulier formosa supernè. Ne acta agam, adi *Tom. 4. T. 13. à n. 2.* Alij eandem esse arbitrantur cum Ullulis, haecque propter ululatum dici struthiones & dracones, gemebundos voce lugubri & infaulta; iuxta illud Mich. 1. 8. *Plangam & ululabo: faciam plantatum veit draconum, & luctum quasi struthionum*. Vide *Maiolum*, *Tom. 1. Colloq. 8. & Alian. d. lib. 2. cap. 21. 11. 17. 16. 39.*

27. *Pilosus saltabunt ibi*. Nonnulli *Oryges* intelligunt, silvestres capreae: de quibus *Isai. 51. 20.* *Plin. lib. 2. cap. 40.* *Coel. Rhod. 28. cap. 33.* & Ravif. *Terror. 7. Officin. cap. 27.* Frequenter per Pilosus intelliguntur Satyri, Silvani, Panes; ab aliquibus *Tragopanes*, quia pelle hirsuta. De Satyris egi *Tom. 6. T. 10. à n. 23.* Homines ab aliquibus vocantur: homines vocant, eo quod bipedes incedant; quamvis specie tenis aliquid appaerant iudistimabili figura, & de caetero sint bestiarum horrenda monstra: talesque homines esse, affirmat Plinius lib. 7. 2. Herm. Schedel. 2. *Mund. stat. fol. 12. Mela. lib. 1. cap. 4. & 5. Solin. cap. 30.* & Munster. 6. *Cosmograph.* cap. 46. Eodem pruritu Licoctenes de *Monstris*, ait: *Mulieres in desertis Lybiae reperta cum mamillis usque ad genia promissis, usu loquendi carentes; sed vehementer vociferantes: aliae quibus insunt colla alorum, crura bovina, facies & pedes humani, cauda vulpina, mammae caprinae, dorsum instar cameli tumidum*. Insignis profecto feminarum pulchritudo! Sciagraphia potiori iure in picturas à Bosco. Prodigiosa monstra, sed magis prodigiosa figmenta. Ad Aldrovandum de *Monstr.* à pag. 19. De *Tragopane* Plin. 10. 49. uti de aliae loquitur: *Maiorem aequila, cornua in temporibus curvata habentem, ferruginei coloris, tantum capite phoeniceo.*

28. Arridet mihi Hieronymi ex Septuaginta sententia, afferentis per Pilosus, Daemones intelligendos: quod namque constat ex Hebraeo. Lev. 17. 7. *Nequaquam ultra immolabunt hostias suas daemionibus*: Hebr. & Maluenda legunt, *Pilosus*. Idem ad illud. 2. *Paralip. 11. 15. Constituti sibi sacerdotes excelsozum & Daemioniorum*: dictique sunt Satyri Fauni, Silvani, Panes & Tragopanes; quia in horum figura apparebant Ethnices, & sub illa, quam viderant forma venerabantur; dicebantque Rustica Numina (Deos montium signabant Syri: 3. *Reg. 20. 28.*) Ovid. 1. *Metam. fabul. 6. ex Iove dicit:*

*Sunt mihi Semidei, sunt rustica Fauni,
Et Nymphae, Satyrique, & monticola Silvani.
Quos quoniam caeli nudaum dignamur honore,
Quas aedibus certe terras habitare sinamus.*

Fugaces se fingebant in lucos, montes, nemora specie ludicra, ut frequenter homines indagazione curiosa; fingentes tripudia, plausuque gaudia, ut adhuc sub illo horrore crederentur Numina. *Mans altus perpetuis ignibus flagrat* (ait Pompon. Mela, lib. 3. cap. 9.) *Ultra hunc montem viret collis longo traiecu longis littoribus obductus, unde vi-*

Ubi de 4. à 11.

Et prodidit

Quid Scopis

Rhodigin.

Conditio Sirenum

Plin.

Quid Lantè

Quid Pilosus

An Satyri

Monstra Afric.

Plin.

Hominum hostes Satyrorum specie apparebant Ethnices.

Ovid.

Vastitudo adorarentur Mela.

sum

Suntur patentes magis campi, quam ut prospici possint Panum Satyrorumque. Hinc opinio ea fidem cepit, quod cum in his nihil exiit sit, nulla habitantium sedes, nulla vestigia, solitudo in diem vasta, & silentium vastius, nocte crebri ignes micant, & veluti castra latee iacentia ostenduntur: crepant cymbala & tympana, audunturque tibie sonantes manibus humanis. Hinc percipio intelligitur, quod alitru Propheta: Pilosi saltabunt tibi.

29 Multa enim & varia congerunt in textum, quae discriminatim accipienda. Metaphorice usurpantur Sirenes, Lamiae, Onocentauri, Satyri, & Pilosi, quae quidem cuncta mendacia, sed ab hominibus maxime profanis credita, verèque Deumonia, quia cogenij præ dolis, videbantur & viscebantur illis figuris. Latine Lemures; Hispanice, Duendes, à Tragos, qui habitare solent in domibus vacuis, ac palatij dirutis de quibus fusc Fuentelapenna in Ente dilucid. in otij negotium, & Catonis vel severissimi ritum. Vel Stryges, ut placet Forerio, quae arte cacodemoni in horridas figuras mutantur; de quo ex professo Delr. in Magic. disquisit. In Africa solitudinibus omnium species obviae subinde sunt, momentoque evanescent: ait Plin. .cap.7. A Graecis dicuntur Eumenides, per antiphrasim Albæ Deæ Sophoc. quo supr. n. 20.

Satiri vel demones, vel Stryges.

Plin. Quae Alba Dea?

Sophoc.

Ar. Monr. Ates vocantur ac regilia, ut neque que sepe in solitudine, vel domibus vacuis.

Mela.

Stautus.

Maluend.

Expofitio 7. Genebr.

Desertum pro loco arido & sicco.

Quinam est locus? Cuius Deorum habetur? Intangibilis, neque habitabilis: nam horrendæ Deæ illum habent, terreque & tenebrarum filia.

Reliqua propriè debent accipi, ut Struthiones, Ululae, Ericij, Ibides, & Dracones, aliaque animalia nota vel ignota, quae signant Interpretes homines fugientia: sicut natura, le est terram non cultam studio laboris, repleti sentibus, tribulis, & paluris. Ar. Montan. comprehendit sub voce Ochim, subditque: Vivetras Docti omnes esse aiunt: in quarum genere mustela etiam sunt, Has scimus etiam, in ruinis & antiquis adfectis versari: ut potè quae lacertarum, murium, stellionum & aliorum immundissimorum animalium, & insectorum capti vivant. Totum propositum Propheta non solum est demonstrare Babylonis & Idumæ præ vindicta solitudinem; sed defolationis conditionem; igitur non solum sine habitatore, ita ut redigantur in arva, quae pascantur pecora: sed sine ulla profusus utilitate: In solitudine, in opprobrium, in desertum, in malecivissimam terram inhabitabilis & deserta, in qua nullus habitat, nec transiit per eam filius hominis; uti supr. diximus ex Ierem. 49. 13. Quare cum terra non habitata, sit ferarum cubilia, & ruinæ magnificarum domorum, daemones atque Magarum theatrum; iam non illa regiones, sed vastissimæ desertæ solitudines, in quibus dracones, simia, cerco-pitheci, ericij, struthiones, ibides, ibices, oryges, corvi, onocentauri, Pilosi, Satyri, Etani, Silvani, Panes (quibus præter effugiem nihil humani, ut ait Mela d. lib. 1. cap. 8.) Sirenes, Lamiae, Stryges, sub quarum specie vaferri cacaedemones. Hinc Apocal. 18. 2. dicitur: Cecidit, cecidit Babylon magna; & facta est habitatio demoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immunda & odibilis. Ubi profunditates, cavæ & caecæ speluncae; frequenter spelæa ferarum, cubilia serpentium; ita ut illa loca nec pecoribus sint apta: imò si prius habitata, postquam deserta, in illis apparere solent larvæ ac Lemures, formæ atque figuræ horribiles. Canit de expulfore Alcide Ethnicus lib. 3. Silvar. 1. v. 166.

Mentis animis opibusque: meos imitare labores, Qui rigidas rupes, infœcundaque pudenda Naturæ deserta domas, & vertis in usum Lustra habitata feris, sedæque latentia profers Numina: Lucius & tristia damna vetabo.

30 Maluenda in utroque Isaia testimonio pro Bestia, Dracone, Dæmone, legitur Sicci, additque: Hic accipi pro feris seu bestijs degentibus in siccis, aridis, arenosis locis: quales sunt Arabiae solitudines & deserta. Unde Dracones, quod natura aridi & sicci sint: ob idque frigidissimum elephatorum sanguinem appetant. Plin. lib. 8. cap. 12. Claret, cur via Hebraeorum dicatur Deserta quæ præ ariditate, & aquae penuria, non habitabantur. Num. 21. 5. Terra deserta & iniquosa, ut vidimus, num. 13. Genebr. Epithetum deserti aridi. Ar. Montan. in Ierem. 51. 43. Terra inhabitabilis & deserta, defolationis terra & siccitatis. Ezech. 19. 13. In desertum, in terra in via & siccitate. Acceptio genuina patet, Nahum. 1. 4. Increpans mare & exiccans illud, & omnia flumina ad desertum deducens: ubi desertum pro ariditate. Ex tus aquarum in sitim: Psalm. 106. 33. & Isai. 19. 5. Arefcet aqua de mari, & siccior Nilus desolabitur, atque siccabitur: de quo Plin. 5. cap. 9. It per deserta & aruentia. Terra igitur arida & siccis nonnum.

numquam gignit serpentes, quæis hominibus sit inhabitabilis: quæ de causa dicitur Il-rali: Eduxit te de terra Ægypti, de domo servitutis, & ductor tuus fuit in solitudine magna, atque terribili, in qua erat suspens statu adven. & scorpion ac d'psas, & nulle omnino aqua. Forer. in Isai. 13. Quæ in solitudinibus arenosisque locis (inquit) degant: cuiusmodi sunt ut Arabia deserta, & prope Mare rubrum, quamplurima vulgo: in P. finis bis Æthiopes. Quo intelligitur illud, Draconem (scilicet Pharaonem & eius exercitum suffocatum) debuisse escam populis Æthiopum: id est, serpentibus, qui in Æthiopia dicuntur populiquippe magis referta serpentibus, quam hominibus. Chald. Corpora eorum d' acombus. Maluend. Arentibus, scilicet. Novum in Scriptura non est multitudinem animalium vocari populos. De locustis, Joel. 1. 6. Gens ascendit super terram. De formicis, Prov. 30. 25. Populus infirmus. De cuniculis, v. 26. Plebs invadida. Sic alia. Usus tylo Lucan. lib. 9. v. 608. & 726. de quo infr. n. 33. 34.

Deut. 8. 15 Forer. Psalm. 73. 14.

Populus & gens animam d' animam d' tibus.

Numer. 22. 6.

Lucan.

Conditio diplosi. Idior.

Serpens aenis suspens in virga Moris formatus in speciem crucis. Veri. 8.

31. Ut per illa deserta, quæ præ multitudine serpentium, habitari nequibant, perire possent filij Israël; ductor erat columna nubis & ignis: quæ à locis, quæ caltra posuerit, expellebat serpentes. Unde de illa dicitur à Picinell. Mund. Symbol. lib. 16. n. 50. Libet, & arret. Sine contradictione est, quod dicitur in Phanon Manf. 36. filiorum Israël: Misit Dominus ignitos serpentes: quos fugaverat columna, immutato rediit in antiqua vivaria: ut plecterent audaces, etiam miraculorum detractores. Diplosis fuisse congruenter cogitatur, dum serpentes dicuntur igniti haud quia veloces ad instar scintillarum, aut quia percussos redigebant in colorem ignium: ut vult Comestor hic cap. 27. sed quia morsu idem areban. Diplosis genus aspidis (ait Iudor. 12. Origin. cap. 4.) Quæ Lat. nō Situla; quia quem momorderit, siti perit. In formam crucis fuisse perticam qua in antidotum & alexipharmacum elevatus est serpens æneus; cogitatur multi, quos hic videtur apud Lorin. & in Sapient. 16. à 5. addicte R. Hecados, uti refert Galatin. lib. 6. cap. 15. in virga mirabili, Thaumaturga Moysis, quæ fuerat excisa ab arbore vita, fuisse suspensum: & quæ modò sustinebat serpentem: in diebus Mefsie nobilissimè gesturatum fructum: tamen ascendendam quousque Helena Regina mirè in salutem invenit. Fides penes Auctorem. Hinc dicitur elevantis Pore eum pro signo. Figuram fuisse nostræ salutis & sanitatis; constat Ioann. 3. 14. & per prototypum fuisse saltem, ex cit. loc. Sapient. v. 6. Signum (non amplius) habentes salutis: qui enim conersus est; non per hoc quod videbat, sanabatur, sed per te omnium Salvatorem. Iuven. lib. 2. Histor. Evang. à v. 219. accinit:

32. Haud fugit Ethnicus salutis signum, ut sepe dixi Tom, prior. maxime apud Ægyptios; inter quos Sempens Basiliscus pro salute pingebatur (potissime in obeliscis & pyramidibus, ut patet in Tabula Bembina, apud expositorem Kircher. Tom. 3. Oedip. Copt. Syntagm. 1. Mensæ Isiac. cap. 1.) erecto corpore capite modo accipitri-no, modò humano; quia eius aspectum reliqua serpentium genera vereantur: ait Piet. Valer. lib. 14. cap. 9. Ovid. 6. Fastor. v. 734.

33. Ut quicumque fidem mentis penetrabilibus altis Illius ad Numen statuet, sub turbine secti Proculcet pedibus lethum, & trans sidera surgens Sublimis capiat donum inviolabile vita.

34. Usus & auxilio est anguis ab angue dato. Sub specie serpentis, signi quoque salutis, Esculapius ab Ethnicis cultus, & summè apud Romanos in Insula Tyberina, de quo multa diximus, in Ephemer. 1. Ianuar. à num. 16. Idem lib. 15. Metam. Fab. 50. fuccinit: Anguis.

35. Contulit, & finem specie celesti resumpta Luctibus imposuit, venitque salutaris urbi.

Adi Natal. Comil. d. lib. 4. cap. 11. & Gyrard. Syntagm. 7. à n. 50. Plin. lib. 29. c. 4. de Serpente. Italia ignota (arbitror extra Italiam non noto, de quo Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 16.) inquit: In remedio est, si quis eiusdem generis alterum percusso ostendat. Pausanias mira refert de Sospole, Eleorum Numine, sub forma serpentis, à cap. 197. & cap. 34. ait: Commisso enim cum Persis prelio, Draconem inter naves conspectum memorant: de quo seiscitantibus Atheniensibus, Cybreum fuisse Heroa, Apollinem respondisse. Hoc fuit

Iuven.

Serpens etiam a pud Ethnicos signum salutis. Piet. Vale

Ovid.

Idem.

Plin. Proprietates & virtutes morsu medicinam. Paolan.

Cruce signa
ta à Moysi.
Ubi supr.

fuit quod post Genibus stulticia, salutis signum; sicut Hebrais scandalum, cum Moy-
ses in Tabernaculo formam crucis finxisset ex are, & populo dixisset: *Si figuram hanc
respexeritis, & credideritis, eius vi salvi eritis.* Lorin. in *Sapient.* loc. cit. Ideo aeneus
serpens erigitur & pro signo, aut in signum cunctis agris præ se fertur: quare nescio
quo enthusiasmo Plato in *Timæo*, ut notat contr. *Tripthon*, Iustin. dixit: *Quod decussa-
vit filium Dei. Quisquis fanatur*, ut ait Prudent. *Apotheos*, v. 567.

Plato.

Prudent.

Et profdest

Solin.

Descriptio
basilisci,
eiusque ve-
neri.
Solin.

Lucan.

Idè de dip-
satis.
Rhodigin.

Lucian.

Lucan.

33 Solitudo ergo per quam columna duce iter faciebant filij Israël, erat magna
atque terribilis: equidem propter siccitatem, ariditatemque terra à Chaldæo vocata
Sitis, in qua siccities & sitibundi serpentes: *Serpens statu adurens*, & (pro *Nimirum*)
scorpio ac *dipsas*: locus opportunus huiusmodi peli, quia *nulle omnino aque*. Illarum
solitudinem conditio, maxime Arabia Deserta, æmula monstrorum Africa: quæ ser-
pentibus adeo fecunda est; ut mali huius merito illi potissimum palma deturatur Solin.
cap. 30. Describit cuncta argute, egregie & eleganter Lucan. toto lib. 9. v. 710. So-
lin. d. Plin. lib. 8. à cap. 11. Textor. 7. Officin. cap. 40. & Maiol. Tom. 1. Colloq. 8.
Pro scorpione, alij legunt *Regulum*: de quo ibid. Solinus (& Plin. d. cap. 21.) *Solitu-
do* (ait) *inaccessa, incultaque & squalens, quæ basiliscum creat, malam inverris frigu-
lare. Serpens est penè ad semipedem longitudinis, alba quasi mitrali lineatus caput, nec
hominis tantum, vel aliorum animantium exitijs datus, sed terræ quoque ipsius, quam
polluit & exurit, ubicumque ferale sortitur receptaculum. Denique extingit herbas, nec
cat arborea, ipsas etiam coramipit auræ; ita ut in æra nulla alitum impunè transvo-
let, insectum spiritui pestilenti. Cum movetur, mediâ corporis parte serpit, mediâ ar-
dens est & excessus. Sibilum eius etiam serpentes alij perhorrescunt: & cum acceperint,
fugam quæque quoquò possunt, properant: quicquid morsus eius occiditur, non depascit
terra, non atrectat ales. Mustelis tantum vincitur, quas illic homines ingerant
cavernis, in quibus delitescit. Vis tamen nec defunctio quidem deest. Reliquias amplo
sestertio Pergamenti compararunt, ut adem Apollinis, manu insignem, nec arane inte-
xerent, nec alites involarent; cadaver eius reticulo aureo suspensum, ibidem locarunt.
Multa alia videris apud Nicandrum in *Theriac.* Lucan. d. à v. 724.*

*Sibilaque effundens cunctas terrentia pestes,
Ante venena nocens, lætè sibi submovet omne
Vulgus & in vacua regnat basiliscus arena.*

Liquet sitis, & quanta cum Regulo deserti solitudo; quò vel aliorum serpentium ca-
ret confortio.

34 Ubi scorpius non eræ, regnabat inter aspides *Dipsas*: quæ quos mordicis
apprehenderit, siti inardescunt & vehementissime: ad potum flagrantis eservescunt,
iadè incessanter hauriunt, & crepantes mox desiliunt. Cauda lineis distinguitur dua-
bus, quæ nigra, & horrida corpore relicto nimis albicant. *Nascuntur in Lybia,
sed in Arabia præcipua*: inquit Rhodiginus, lib. 25. cap. 33. Pingit Ravifius d. Memi-
nit Plin. lib. 23. cap. 8. describit Lucian. *Dialog.* 85. *Serpentium omnium nocentissi-
mum, quæ arena nutrit, Dipsas est, violento ictu, veneno crasso, dolores illud indu-
cens intolerabilis: ardores enim immitit inextinguibiles ac putredines, & totum corpus
adurit incendio. Qui ab illa iesti fuerint, clamant non secus atque illi, qui in ignem con-
teclli sunt: quod autem illos omnium vehementissime affigit, & torquet, illud est, nem-
pe cruciatus serpentis respondens cognomine: eius enim morsum mox sequitur bibendi
siti inexplebilis & ultra modum sit iunt: & quod maxime admirandum est, quontò plus
biberint, tantò magis potum expectant, ac subinde magis ac magis potando, crescit bibe-
ndi desiderium: neque illorum sitim extinxerit, tametsi totum Nilum aut Danubium
epotandum præstiterit, verum irrigandi sedulitate morbum incendit. Inde hierogly-
phum iest à dipsade describit sub figura Tantali. Videtis, si placet. Lucan. d. à v. 805
& 738.*

*Et plaga (qua nullam superi mortalibus ultra
A medio fecere die) calcatur, & unda
Ravior: inventus medijs fons unus avenis
Largus aque, sed quem serpentum turba tenebat;
Vix capiente loco: stabant in margine sicca
Aspides: in medijs sitiebant dipsades undis
Signiferum invenem Tyrreni sanguinis Aulium*

Ter.

Torta caput retrò dipsas caleat à momordis:
Vix do-or aut sensus dentis fuit, ipsaque lethi
Frons caret invidia: nec quicquam plaga minatur.
Ecce subit virus tacitum, carp' ique medullas
Ignis edax, calidaque incendit vifera tæbe, &c.

En torrida dipsas, ex cuius mortu expertes Israëlita in terra illa inhabitabili ubi erat
serpens statu urens, scorpio ac dipsas, & nulle omnino aque.

35 Altrui quæ articulus ex pluribus miris veris, seu inventis, quæ refert Alexan-
der in *Epist.* ad Aristotel. & transcribit Munterius, 5. *Cosmographia* cap. 1. 20. In anace-
phalæsom redacta lubitò referam. Incola specie obsequij quasi exercitus ductores, to-
tum deduxerunt in loca serpentium exitialium, feratimque horribilium, ut siti simal
ac fame, in illa periret valissimâ solitudine. Apparuit in desertis locis flumen, sed eius
aquam helleboro invenerunt anariorem: milites s' ferramenta lambendo, nunc oleum
gustando, diram sic aliquomodo diferre seu lactare conabantur rabidi sitim. Alexan-
der exercitui desiderans aquam dulcem, tandem per Indos invitos invenit, sed inve-
nisse poenituit: nam hippopotami, inter profundæ aquarum gurgites emerit, multo-
rum sitim extinxerunt morte. Solventes illinc, aliquos invenerunt, qui primum aque
dulcis flagnum sitibundis nunciarent; sed iniquo animo, ut examinaretur militum
multitudo: in quibus necessitatibus illa quoque adiciebantur incommoda; quòd to-
ta nocte incurantibus leonibus, uris, tigrilibus, pardis, ac lycibus cogebantur re-
sultere, quæ generata ferarum promiscua occurrebant in silvis. Tandem verò ad flagnum
pervenerunt, & se reficientes iuxta nemus castra circumsepti locarunt: et primos
radiantis Lunæ ortus, subito arctis caudarum aculeis, scorpiosis, consuetam qua-
rentes aqationem, innumeri ad castra confluxerunt in horribile certamen. Hæc prodigia
secutum est immensum agmen cerastarum dipsadum, aspidum, variisque distindorum
coloribus incognitorum serpentium: nam quidam rubentibus squamis erant; quidam
& nigri & candidi; quidam auri fulgore consimiles vifabantur. Sibillabat tota regio.
Potâ autem aqua, minores abire ceperunt, & serpentes maiores cum ingenti exercitibus
gaudio lætebras petierunt: tum ad horam noctis tertiam, Macedonibus aliquam sper-
rantibus requiem, binorum tenorumque capitum cristati serpentes advenerunt co-
lumnarum crassitudine, aliquanto proceriores, qui ad potandum aquam ex vicinis
montium speluncis processerant, ore squamisque humum atterentes; quorum pectora
cum trifidulis linguis fauces exertabant, scintillantibus veneno oculis, quorum halitus
pestifer. *Post à fessum serpentium* (subdit Munterius, cap. 121.) *Caneri immodica
magnitudinis, crocodilorum pellibus contexti, ad castra venerunt; quæ prodigia durâ
thoracis & lorice ferro respuebant: multi ignibus usi, multi se in flagnum reperunt.*
36 Quasi hæccine parva addit: *Illis fugatis, Vespertilionum genus columbinis cor-
pibus æquale infestabat exercitum: unaque præterea fera novi generis, maior elephan-
te, comparuit, tribus armata in fronte cornibus, equo simile habens caput atrî coloris:
hanc Indi appellant Odonta. Hæc potâ aquâ, intuens castra, in milites subito impetum
dedit; nec ignis quidem appositi tardabatur ardoribus, vixque tandem defixa venabu-
lis occubuit. Venerunt & mures Indici in castra vulturibus similes, quorum morsibus
vulnerata quadrupeda statim expirabant: hominibus autem idem morsus non usque ad
interitum nocebat. Exercitui igitur tantis malis per totam noctem afflicto, Alexander
locorum demonstratores, qui cum semper in insidiis deducebant, pestime meritis cruri-
fragio puniri iussit, ut nocte vix spirantes, à serpentibus consumerentur, sicut Macæ-
donei consimili voluerunt. Commune est, in locis aridis sic reptilia, volucres, & belluas
ad aquas confluere; eodemque in loco inveniri in hominum perniciem cunctorum
genera. Canit quò supr. Lucan. à v. 710.*

*Natus & ambigua coleret qui Syrtidos arva
Chersydros, tralique viâ fumante Chelydri,
Et semper veilo lapsurus limite Cæciris:
Pluribus ille notis variatam pingitur aloum,
Quam parvis timidis maculis Tæbeanus Ophites.
Concolor excussis atque indistinctis arenis
Ammonyas: spinaque vagi torquente Cerasæ:
Et Scyathæ sparsis etiam nunc sona pruinis
Exuvias positura suas, & torrida Dipsas,*

Tom. VIII. Taut.

C

Es

Mera signi-
ta de serpen-
tibus India.

Munf.

Olon'a qua-
le animalis

Idem

Dier's ga-
nera serpen-
tinis.

Lucan.

Et gravi in geminum surgens caput Amphibena:
Et matris violator aque, laculique volucres:
Et contentus iter cauda sulcare Pareas:
Oraque distendens avidus pumantia Prester:
Ossaque dissolvens cum corpore tabificus Sepe, &c.

His igitur pelibus quæ terra habitabilis? Hinc deserta, ab his dumtaxat habitabilia,
haud quamquam ab hominibus, quibus in cætu Israël serpens lethifer non noxius. Unde ut cognosceretur prodigium, & per quadraginta annos successivum miraculum; ut pervenirent in terram promissionis, iter fecerunt per deserta, quæ præ serpentibus non habitabantur. Sedul. 1. Carmin. à v. 152. succinit:

In exustis sitiens exercitus arvis,
Quæ nimium loca secca diu, quæ terra negatis
Ægra iacebat aquis: quæ spes à lata bibendi,
Viventique fuit.

Exposit. ult.

Sedul.

Hieron.

Levit. 23. à 39. Festum Tabernaculorum.

Sap. 11. 2.

Scenopægia.

Cant. 1. 5.

Malvend.

Quenam tabernacula Cedar?

Adrich.

Cur tentoria dicantur papilionem Hieron.

Güll. Bar. tal.

Q. Cur. Pelles tentorij. Artian.

37 Propter isthoc iter difficillimum exitumque faustum, institutum à Deo festum Tabernaculorum. Hieron. Epist. 127. Manf. 2. inquit: In Socoth primo tendunt Tabernacula, sive tentoria: Sic interpretatur in lingua nostra: & ab hoc septimo mense, quintadecima die Solemnitas Tabernaculorum: sumpsit, scilicet, nomen; sed non originem, uti ex ipso Maximo Doctore videbimus. Indicitur festum & dicitur causa Levit. 23. à 39. A quintodecimo die mensis septimi celebrabitis ferias Domini septem diebus: sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrime spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & satabinini coram Domino Deo vestro: celebrabitisque solemnitatem eius septem diebus per annum. Legitimum simpertinum erit in generationibus vestris. Mense septimo festiva celebrabitis, & habitabitis in umbraculis septem diebus. Omnis, qui de genere est Israel, manebit in Tabernaculis: ut discant posteri vestri, quod in Tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti. Ego Dominus. Hinc in contextu nostre Taurologiæ subditur: In locis desertis fuerunt casus. Id est, tentoria, scenas, papiliones, ut legunt plerique Interpretum. Quædæ causa festum etiam dictum Scenopægia, à tentorijs; ut posient commodè in desertis, quasi in domibus proprijs manere. Alij: Extenderunt pelles, quippe ex pelibus frequenter tentoria. Habac. 3. 7. Tentoria Æthiopia, pelles terre. Mariaan. Hal. 54. 2. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. Jerem. 10. 30. & Cantic. 1. 5. Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

38 Ferè hoc testimonium exponitur, quasi nigredo Sponsæ conferatur tabernaculis Arabum, qui in deserto Pharan, de quo Adrichom. hic n. 27. & speciositas papilionibus Salomonis: unde Malvend. Sicut ale, cortina & aulea Salomonis. Distributio voluntaria est, & nescientium, ubi sint Tabernacula Cedar, quippe locus longè à Pharan: imò Sponsa formosam se dicit, sicut tentoria Cedar, atque simul Salomonis. Adrichom. in Manass. 2. n. 94. inquit: Tabernacula Cedar. Inter Suetam & Cedar civitates & fontem Phialam, uberrima & manifestissima sunt can. peftria, longè latèque patentia, prospectibusque libera; & que lata pecoribus subministrant pascua: in quibus ut olim, ita etiam nunc hac nosstra ætate, statis anni temporibus, celeberrime aguntur mundina: eoque ex Palestina, Syria, Mesopotamia, Arabia, Ammonitide, Moabitide, & Ægypto, caterijque Orientalibus regionibus, innumeri mercatores conveniunt. Qui cum toto æstatis tempore illic mundantur, tentoria erigunt, quo se ab aeris intèperie tuentur. Hæc quia varijs pretiosissimisque coloribus tincta sunt pulchrum admodum prospectum præsent è civitate Cedar ea despicientibus: atque hinc in Salomonis Canticis, Tabernacula Cedar vocantur. Idem Brocard. Itiner. 3. & Uvillhelm. Tyrius de Bell. sac. Propterea, ut ait Hieronym. in Zachar. 14. 16. dicuntur tentoria, que nunc ad similitudinem parvule avis, papilionem vocantur. Quid mirum, quod amœnitas Sponsæ conferatur papilionis pulchritudini; dum rutilat in vestitu deaurato, circumdata varietate?

Variumque notis distinctis amicum,
Nil ut ab Eois videat fax annua metis
Pulchris.

39 Inter Profanos etiam pelles usurpantur pro tentorijs. De Alexandro refert Curtius. lib. 7. cap. 8. Noctem vigilijs extraxit, sepe pelibus tabernaculi adævatis, ut conspiceret hostium ignes, ex quibus consociare poterat, quanta hominum multitudo esset. Florus lib. 1. cap. 12. Hyematem sub pelibus. Artian. de Gestis Alex. lib. 1. cap. 11.

Et 3. cap. 2. Tentoria militum erant ex pelibus, levi materia repletis: iubet tentorij pelles detrahi, easque minutis ac levisibus festucis consui. Tacit. Annal. 13. cap. 35. Retentus omnis exercitus sub pelibus. Idem lib. 14. cap. 38. Val. Maxim. lib. 2. cap. 7. Decrevit ut ex ijs, qui equo meruerunt, pedum numero militarent: qui pedes suos fuerant, in furditorum auxilia transcriberentur: neve eorum extra castra tenderet, neve locum extra assignatum vello aut fossa cingeret, neve tentorium ex pelibus haberet. Iul. Cæsar. de Bell. Gallic. lib. 3. inquit: Continuazione imbrum diutius sub pelibus milites contineri non possunt. Idem ibid. cap. 4. de Bello civil. Ammian. Marcellin. lib. 9. Vopiscus, in Aurelian. Lampid. in Alexandr. Marc. Amil. Prob. in Agesth. Pacat. in Theod. pagnoyr. & Claudian. 1. de Laudib. Stilic. v. 122.

Vicit cura Ducis: quoties sub pelibus egit
Adonas hyemes, & tardi stabra Bootæ.

40 Quia sub pelibus per annos quadraginta fecerunt in deserto mansiones filij Israël, erigentes tentoria, quasi casulas; instituta est inter illos Tabernaculorum solemnitas. D. Thom. 1. 2. quaest. 102. art. 4. ad 10. pridemque Hieronym. loc. cit. Zachar. ubi inquit: Omnes qui reliqui fuerint de universis gentibus, qui venerint contra Ierusalem, ascendunt ab anno in annum, ut adorent Regem Dominum exco. citatum, & celebrent fest. vitatum Tabernaculorum. Hæc quoque Iudæi casta spe in mille annorum regno futura promittunt: cuius solemnitatis istud exordium est. Egressus populus Israel, de Ægypto, per vastam & terribilem ac latam solitudinem, in qua non erat domus, villa, oppidum, specus; faciebat sibi tabernacula, atque tentoria, in quibus cum contigebat morarentur ac liberis, & cibum caperent, & per diem Solis arbores, per noctem humorem, & frigus, & voris injuriam devitarent: iussuque est, ut in mense septimo, quinta decima die mensis fieret Tabernaculorum solemnitas: & cum te, inquit, interrogaverit filius tuus cras, quid sibi volunt hæc tabernacula? Respondebis ei: Multo tempore peregrinatus sum in Ægypto, de qua eduxit nos Dominus in solitudinem: & iterum tabernacula suscitavi, ut beneficiorum Dei omni tempore recordemur, cum experimus habitare in arboribus. Allegoria elucet vocationis Gentium, dum prius tantum Israëlitis indicium festum Tabernaculorum. Omnis, qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis. Lev. d. v. 42. Nunc Gentibus vocatis in Ecclesiam, ad Dei laudem & gloriam, calcatis fide verâ cultibus idolorum; ut possint dicere: Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! Psalm. 83. 2. Hic dumtaxat verum gaudium & plenum, quia vox lætitiæ & exultationis in tabernaculis insonum. Ergo in litteram.

41 Festum, & institutionis intuitum descripsi ac exposui fusè, Tom. 2. T. 3. D. 7. à m. 7. Ordo ac ritus erat, extra domos per septem dies habitare in tabernaculis; que ita disposita, ut quasi urbs extra urbem fieret, & singule familiæ seorsim manerent, sicut contigit in deserto, cuius mansionum fiebat illic recordatio. Tempore iam in hibernum vergente, Tabernacula compingere iubentur per singulas familias contra ventura frigora, quæ annus senescens afferre solet (vasania, quæ hinc hyme in papilionibus habitant) quæ & in patria tandem constituti, accedere in eam urbem, quam propter tempus, caput regionis sint habituri, & octo dies festos ducere, vicissimque Deo solitas incendere, & simul pro gratiarum actione sacrificare; manibus interim gestantibus ramos myrti, salicis & palma, ex quibus mala Persica dependant. In hoc enim saltitur, quippe haud alieni fructus pendebant ex arbore pulcherrima, sed proprij citri, ut videbimus. Falluntur etiam dicentes, Tabernacula extruenda ex prædictis ramis & fructibus; iuxta illud 2. Esdr. 8. 15. Egredimini in montem, & afferite frondes olivæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti & ramos palmarum, & frondes ligni memorosi, ut fiant Tabernacula: id est, celebretur festivitas Tabernaculorum, Metonymicè: tum quia huiusmodi arbores & folia ad structuram inutilia; tum quia in manibus ob lætitiæ signum erant portanda. De alijs non est dubium apud Interpretes sacros: solummodò quæritio de fructu pulcherrimo; igitur Iosephus supra signat Mala Persica (Nostrates, Melocoton) alij, Mala aurea (Limon) sed fortioris iudicij auctores citri fructum intellegendum, ex Chaldaeo, qui legit: Fructum arboris citri. Nec ideo Hieronymus errat, cum dicat ubi dudum, De ligno pulcherrimo, quod Iudæi Cedarum vocant: Igitur illa arbor celsior de qua sepe in Scriptura, iuxta nonnullos infructifera est. Cedarum vocat, quod Latini Citrum patet ex Dioscoride, qui lib. 1. cap. 131. ait: Ea autem quæ Medica dicuntur, aut Persica, aut Cedromela, Latine Citria, omnibus nota. Vernaculè, Sidras, aut Cidras, aut Tononjas. De quo fructu, Virgil. 2. Georg. v. 127. ait: Felicis mali. Vid. Macrobi. 3. Saturnal. cap. 19.

42 Festum, & institutionis intuitum descripsi ac exposui fusè, Tom. 2. T. 3. D. 7. à m. 7. Ordo ac ritus erat, extra domos per septem dies habitare in tabernaculis; que ita disposita, ut quasi urbs extra urbem fieret, & singule familiæ seorsim manerent, sicut contigit in deserto, cuius mansionum fiebat illic recordatio. Tempore iam in hibernum vergente, Tabernacula compingere iubentur per singulas familias contra ventura frigora, quæ annus senescens afferre solet (vasania, quæ hinc hyme in papilionibus habitant) quæ & in patria tandem constituti, accedere in eam urbem, quam propter tempus, caput regionis sint habituri, & octo dies festos ducere, vicissimque Deo solitas incendere, & simul pro gratiarum actione sacrificare; manibus interim gestantibus ramos myrti, salicis & palma, ex quibus mala Persica dependant. In hoc enim saltitur, quippe haud alieni fructus pendebant ex arbore pulcherrima, sed proprij citri, ut videbimus. Falluntur etiam dicentes, Tabernacula extruenda ex prædictis ramis & fructibus; iuxta illud 2. Esdr. 8. 15. Egredimini in montem, & afferite frondes olivæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti & ramos palmarum, & frondes ligni memorosi, ut fiant Tabernacula: id est, celebretur festivitas Tabernaculorum, Metonymicè: tum quia huiusmodi arbores & folia ad structuram inutilia; tum quia in manibus ob lætitiæ signum erant portanda. De alijs non est dubium apud Interpretes sacros: solummodò quæritio de fructu pulcherrimo; igitur Iosephus supra signat Mala Persica (Nostrates, Melocoton) alij, Mala aurea (Limon) sed fortioris iudicij auctores citri fructum intellegendum, ex Chaldaeo, qui legit: Fructum arboris citri. Nec ideo Hieronymus errat, cum dicat ubi dudum, De ligno pulcherrimo, quod Iudæi Cedarum vocant: Igitur illa arbor celsior de qua sepe in Scriptura, iuxta nonnullos infructifera est. Cedarum vocat, quod Latini Citrum patet ex Dioscoride, qui lib. 1. cap. 131. ait: Ea autem quæ Medica dicuntur, aut Persica, aut Cedromela, Latine Citria, omnibus nota. Vernaculè, Sidras, aut Cidras, aut Tononjas. De quo fructu, Virgil. 2. Georg. v. 127. ait: Felicis mali. Vid. Macrobi. 3. Saturnal. cap. 19.

43 Tom. VIII. Taut. C 2 Ex

Val. Max.

Claudian.

E habitatio in Tabernaculis per desertum festum Tabernaculorum.

Hieronym.

Ritus festi Tabernaculorum.

Ioseph.

Metonym.

Quæ in illis arbor pulcherrima?

Hieronym.

42 Ex his cunctis fiebat ab Hebrais fasciculum, experimentibus letitiam pro terra Chanaanitidis pacifica possessione. Rab. Moyfes Maimonides indicat lib. 1. *Doctores dubior*, cap. 44. *Similiter* (inquit) in excundo de aomibus, & morando in umbraculis ut recordemur, quod ita fuimus in diebus antiquis, & mutavit nos de desertis illis, ut habitarem in aomibus picturatis, & in palatijs delectabilibus, & in crassitie terrarum. Quod autem, mihi videtur, in illis quatuor generibus verum est; quia letati sunt, cum exirent de deserto, in quo nihil seminabatur, nec inveniebatur ibi ficia, vitis, aut malograna, nec aqua ad bibendum; & intraverunt in terram delectabilem, in qua erant rivus & arbores multe. Ut igitur haberentur ista in memoria; precepti accipi de bonis fructibus: & ista sunt quatuor genera, que inventiuntur in multis locis in terra promissionis tempore illo, & quilibet potest habere illa. Omnibus septem diebus pancarculum frondium cum termitte citri Hebraei manibus gestabant: non tantum die primo, ut cogitavit Abulenfis hic, *quest. 28.* quippe dicitur v. 1. *Sumetis die primo fructus arboris pulcherrime*, &c. igitur idem est, ac *Primo die* usque in septimum sumetis prestantem ex frondibus, ac fructibus serviam. Claret ex contextu: etenim additur: *Celebrabitque solemnitate eius septem diebus*: sicque debeant assiliter sacrificijs huius celebratis, ut ait Ioseph. d. huiusmodique fructus ultimo die festi dicantur & cedebant Sacerdotibus. Arridet, quod ibidem inquit Abulenfis. *Letabimini coram Domino*: id est, *salutabitur habentes istos ramos in manibus coram Domino Deo vestro*. Dicant enim aliqui, quod quando Iudaei habebant istos ramos in manu, habebant cum eis colligatos fructus, & sic saliebant elevantes & deprimentes illos fructus ad omnem differentiam positionis; quo signi ficabatur esse ad laudem Dei, qui erat Dominus omnium positionum mundi. Si ampliora desiderantur, adis Angel. Caninium de *Vocib. Hebraicis*, *Novi Testamenti*, cap. 4. Iansen. *Harmon. Evangel.* cap. 110. Rhodolph. Hospinian. de *Fest. Iudaice*, cap. 7. & que Nos dicimus in *Ephemer.* 15. *Septembr.* a. n. 2. & 25. *Novemb.* a. n. 1.

Moyf. Eg.

Septem diebus cum ramis tripudiana essent.

Abulenf.

Superstitio nei Rabbini, in huiusmodi choreis & cantici.

Maluend.

Cur hoc festum increparunt?

Plutarch.

Cuncta Hebraeorum mysteria ab Ethnicis depravata.

mèque, *Tom. 7. T. 7.* a. n. 14. ad illud 1. Mach. 3. 48. *Libros legis, de quibus scrutabantur Gentes similitudinem simulacrorum suorum.*

44 Restant nonnulla antilogia, atque difficultates exponenda. Die quintadecima septimi mensis, dicti *Tizri*, id est, Septembris, erat principium festi *Tabernaculorum*, uti vidimus: quomodo igitur signatur huiusmodi solemnitas, que dicta etiam *Scenopægia*, 2. Mach. die vigesimo quinto Novembris? *Frequentate dies scenopægie mensis Caspi*, dicitur: & v. 18. *Quinta & vicesima die*. Non hic agitur de legitimis scenopægijs, sed de Encenijs, seu dedicatione templi sub Iuba Machabæo, que celebrata in similitudinem festivitatis Tabernaculorum. Tres igitur fuere templi dedicationes, prima sub Salomone, quando erectum: 3. Reg. 8. & 2. Paral. 7. Secunda sub Zorobabele, dum reedificatum: 1. Esdr. 6. Tertia, ubi expiatum à profanatione Antiochi Epiphanis, quod proprie *Encenia*; igitur tunc apposita renovatio, cuius dies præ nimio gaudio ac letitie demonstratione, dictus est *Scenopægia*; quippe plausa eodem ritu quo celebrabantur Tabernacula. *Statuit Iudas & fratres eius, & universa Ecclesia Israel ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo, à quinta & vicesima die mensis Caspi cum letitia & gaudio.* 1. Mach. 4. 5. Ioseph lib. 12. *Antiq. cap. 11. Celebravit autem Iudas (inquit) recepti templi festivitatem, per dies octo sacrificans, in quibus nullum honestæ voluptatis genus omisum est; sed populo quidem sumptuosum ac splendidum epulum est exhibitum: in Dei vero laudem hymnis & canticis personabant omnia. Tanta vero letitia ob reductos ritus patrios & præstantem religionem occupavit gentis eius animos, maxime quod ea felicitas ex insperato obtigerat: ut lex lata sit ad posterum, qua iubet quotannis hoc festum reparari, cum ceremonijs templi per octo dies celebrari: & ex eo tempore mos hic apud nostros obtinuit: vocamusque hanc festivitatem. *Lumen*. Num. Constat his testimonijs encenia esse, dicitur Scenopægiam, quoniam signa festivitatis inter plausus vocalitatum erat omnino in similitudinem speciemque Tabernaculorum. Hoc festum vocat *Luminarium*, Iosephus, d. Etiam Scenopægiam Chrysofomus, uti præmissimus, num. præced. quasi eodem culta utrumque celebraretur. Similitudinem, non proprietatem festi Scenopægie expressisse habemus, lib. 2. cap. 10. à v. 5. *Vicesima quinta mensis, qui fuit Caspi, cum letitia diebus octo egerunt, in modum Tabernaculorum; recordantes, quod ante modicum temporis diem solemnem Tabernaculorum (qui 15. Septembr.) in montibus & in speluncis more bestiarum egerant: propter quod thyrsos & ramos virides & palmas præferebant ei, qui prosperavit mundare locum suum. Elucet festivitatis ad festivitatem tantum modus, cum in encenijs signetur etiam Tabernaculorum thyrsus. Quare dum huiusmodi festum dicitur Tabernacula, summendum pro letitia magna, cuius portendunt insignia. Vide Serar, hic *quest. 12.***

2 Mach. 4. 5. Quare encenia scenopægiæ dicitur

Ioseph.

2. Mach. 10. à 5.

Cur potius subd. celebrari, quam temporibus aijje

45 Aliter exponere possumus encenia pro Tabernaculis; allusione in intuitum institutionis: equidem cum Scenopægia indicata fuerit à Deo, quippe in tabernaculis Maiores Israhelitarum vagati sunt per desertum, ostentantes per solemnitatem, que passa per solitudinem, ac demonstrantes in frondibus ac fructibus, quo gaudio de terra possessione exultabat lætè pectus, prævisis tripudijs in iucunditatem cordis; aliiter in præsentî articulo, restituta religione nobilissimo Sanctuario: etenim possidebant, quod urgente bello optaverant, in silvis ac cavernis terra degentes, sicut patres eorum viventes in tabernaculis, per vastitatem mælessimæ solitudinis. Præterea, non mirum, quod encenia ritu Tabernaculorum celebrarentur ramis viridibus ac folijs palmarum; ac ex huiusmodi apparatu & conformi ostentatione in dedicatione celebranda, Tabernacula dicerentur, que erant encenia.

46 Ocurrit in præfata gravissimum argumentum. Festum Tabernaculorum celebrari debebat in Ierusalem, locum quem destinavit Dominus in templum; quo convenire indictum, tribus festis quotannis omnem sexum virilem; & unum ex tribus erat festum Tabernaculorum. *Ex. d. 22. 14. 23. & Deuter. 16. à 6.* Quare loc. cit. *Levit. dicitur: Habitabit in umbraculis: suffragantur fere cuncti DD. 2. Mach.* uti vidimus num. præc. dicitur: *Recordantes quod ante modicum temporis diem solemnem Tabernaculorum in montibus & in speluncis egerant.* Quomodo ergo in montibus rite actum, si fieri Hierosolymis, præceptum? Deinde: ad hocne festum post captivitatem Babyloniam omnes quasi vir unus conveniant in Ierusalem, 1. Esdr. 3. 1. & 2. cap. 8. 1. & antequam accederet dies scenopægie, præparare iussi sunt frondes & ramos arborum, ad solemnitatem lætæ lege & consuetudine insignium: *fecerunt sibi Tabernacula*

2. Esdr. 8. 16.

cula unusquisque in domate suo, & in atrijs suis, & in atrijs domus Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephyraim. Unde ergo observatum præceptum habitan- di septem illis sacris diebus, extra urbem; si in eius plateis, aut domibus præ- statam perfecterunt festivitatem?

Unde ritè celebrata se- stivitas non solum in ur- be, sed in montib.

47 Scrutemur Scripturas; & inveniemus quàm ritè facta solemnitas. Temporibus malis, illotunc Machabæi erant vallati inimicis, ita ut necesse fuerit degere in bestia- rum caveis: 1. Mach. 2. 28. unde ut vidimus, signatur: In speluncis more bestiarum. Idem fuit Zorobabel: Deterrentibus eos per circuitum populus terrarum, fecerunt so- lemnitatem Tabernaculorum. 1. Esdr. 3. à 3. Sub Nehemia, estò domus essent, non erat mutata urbs, & continuo insidiabantur Samaritani. Unde cum lex urgeret, & sub Zo- robabele. iam esset altare, & templum erectum sub regimine Nehemia; Tabernaculo- rum festivitatem hilariter celebrabant præut & ubi poterant; igitur muris circumdata civitate, extra illam habitantes in tabernaculis deinceps fecerunt scenopægiam. Zachar. 14. 16. Hinc pater Baptista ait: Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi in sanctitate & iustitia. Luc. 1. 74. Pro quo sciendum est, in huiusmodi festo alia esse sacra, alia indifferentia. Sacra, sacrificia nimirum, quæ signat lex in festi- vitate Tabernaculorum: Levit. 23. 36. Numer. 29. à 12. & Ioseph. 1b. 3. d. cap. 10.

In hoc festo alia sacra, alia indiffere- tentia.

1. Esdr. 3. 27.

Indifferentia, tanquam læticia signa, ut thyrsus ex citro, myrto, falice & palma. Sacra nisi in Ierusalem & coram Domino, idest, in eius altari & templo, nefas facere; sicque non legitur factum. At præ se ferre animi festivi signum; ubique illis in diebus concessis reliquaque facerent, si possent; uti modò faciunt, vocantque festivitatem Casarum (In- terpres Hispanus: Fiesta de las Casillas) præut patres eorum in deserto ex scenis fixe- runt casus. Haud alio intuitu Machabæi, diem solemnem Tabernaculorum egerunt in montibus & speluncis; quousque templum restitutum, & iuxta legis præscripta festum celebrarunt in Tabernaculis. Claret testimonio sacro: Facti ergo universi in Ecclesia diei. tnr 2. Esdr. 3. corum, qui redierant de captivitate: Tabernacula, & habitaverunt in Taber- naculis: non enim fecerant à diebus Iosue filij Num taliter filij Israel usque ad diem il- lum: & fuit læticia magna nimis. Iosue igitur Tabernaculorum festum celebravit ta- mē in signum exultationis; sed minime signatis in celebratæ sacrificijs quia hæc dux- taxat in loco, destinando post à Deo. Deuter. 12. 11. In loco, quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen eius in eo: illuc omnia, quæ præcipio, conferetis bove castra & bo- stias, &c. Non secus Machabæi sub Antiocho Epiphane, die festivitatis adveniente: equi- dem cum longè essent à templo, præoccupato ab inimico; dumtaxat in montibus qui- bant diem celebrare quoad plausum ex gestamine gaudibundo ostentationis ramorum.

Ex pro Quia

48 Ex præfata auctoritate oritur curiosa quæstio ex cuius enodatione superior elu- cebit expositio. Habitaverunt redeuntes à captivitate Babylonis, in tabernaculis. Non enim fecerant à diebus Iosue filij Num, taliter filij Israel usque ad diem illum. Si ex nu- mero, aut modo supereminet huiusmodi celebratio; tam in modo quàm in numero excedit fuit tempore Salomonis, erecto templo: Ecclesia magna valde ab introitu Emath usque ad torrentem Egypti. 2. Paralip. 7. 8. Quo ergo discrimine dicitur taliter num- quam factum à filiis Israël, à Iosue, filio Num, erga Tabernaculorum festivitatem? San- ctus hic num. 23. excessum signat in celebrantium gaudio: unde subditur: Et fuit læ- titia magna nimis. Et pro particula exegetica rationali: q. d. Non taliter præ lætitiæ magnitudine ac demonstratione. Caietan. quia quotidie cum gaudio divine lætationis hoc festum celebrarunt; ut ibid. dicitur à v. 18. Legit Esdras in libro legis Dei per dies singulos à die primo usque ad diem novissimum: & fecerunt solemnitatem septem diebor, & in die octavo collectionem iuxta ritum. Utramque sententiam amplectitur Alapide. Alia cogito, quia tò Taliter exclusionem omnimodam exprimit; ita ut nunquam sic cele- brata Tabernaculorum solemnitas à filiis Israël, ex quo primum celebravit Iosue in- grediens in terram Chanaan. Ingrediens constituit fieri Tabernacula, & in illis habita- re, ritu scilicet legitimo, in arvis extra Silo. Filij captivitatis non ita fecerunt, dum festum celebrarunt; sed assumptis diei insignijs, citro, myrto, falice & palmis, unusquisque que sibi fecit tabernacula in domate suo, & in atrijs suis, & in plateis civitatis, ut vi- dimus, num. 46. Semper enim celebrata festivitas, sic vel sic à filiis Israël à diebus Iosue filij Num: at nec tunc, nec tempore Salomonis usque ad illum diem taliter talem cele- brarunt festivitatem; igitur cum tabernacula fierent, ut extra domus septem illis diebus viverent; illo in articulo Tabernaculorum plausum fuerant extra & intra domus: Exce- lentia solemnitatis in modo celebrationis etiam eminet ex eo quod præcipitur Deu- ter.

In hoc festo sub Nehe- mia, cur incompara- bilitè amio- gna

ter. 31. à 9. legem à Deo datam cunctis annis lubilei legi, convenientibus cunctis in so- lemnitate Tabernaculorum. Annus in quo Scenopægia sub Nehemia, non fuit annus lu- bilei, ut observat Tornicellus, Ann. 3160. n. 11. sed ut festivam valde facerent solemnita- tem; lecta est lex ab Ecclra, quasi esset annus lubilei: magna enim erat inter illos læti- tia de manibus urbis, ac de extructis domibus templi ministris.

49 Sat ergo nobis factum difficultatibus obvis; excentes ergo ex litteræ desertis, aliqua dicamus ad mores; ut in terram promissionis pervenire Deo ductore possimus.

Qui nobis factis iter omne campis, Arduos montes deprimat, cavosque Impleat valles salebras adangit, Iungat biatus.

Paulin.

Ut accinit Paulinus de Redit. Nicæa, v. 82. Versiones liquent ex littera. Iter fecerunt per desertum que non habitabantur. Septuagint. In irvis, in desertum irvium, in terra sine aqua, inculata, inhabitabili horroni plena. Malvasi. In eremum inhabitabilem. Re- gia Compl. In innacesibilibus, fixerunt tabernacula. Syr. in terra solitaria. Maleend. De- sertum inhabitabilem & irvis, avijs, innacesis locis. Hieronym. Terra lata eremè vastitate. Ar. Moutan. Terra inhabitabilis & deserta, desolationis terra, & siccitatis. Aquil. Terra inaquosa: inhabitabilis, plena horrore. Modò igitur in Didascalias.

Paulin. Varietas lecti.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

- 1. Per deserta, que non habitabantur, iter fecerunt. Solitudo indicatur Virginis- Matris in huiusmodi desertis; filio pri- vata; & utique ad animam ex vulnere mæta; diciturque desertum inhabita- tum, ut eius in solitudine clarere di- rum cordiolium: igitur ut penitus esset in solitudine sola; vel comitibus multis sine deserto deserta.
- 2. Per deserta inhabitata, horroris plena. Quilibet mater fugit videre filij passio- nem, ut cordis fugiat cruciamen. Huius- modi theatrum sape à matribus deser- tum. Virgo que mater habitavit, quo nulla habitare voluit; quoniam est se- nà plena horroris, stetit immobilis iux- ta passibulum crucis.
- 3. Per deserta, que non habitabantur. Ho- mo miser! Inde felix. Videnda itaque in eius singularissimam gloriam, quæ Deus Verbi Incarnatione positurus prodigia super terram: igitur terra humana, quæ deserta, iam à Numine habitata.
- 4. Per deserta, que non habitabantur. In morte corpus ab anima inhabitante de- seritur, & amplius non habitatur. Pri- vilegium insigne elucet Virginis- Matris in huiusmodi desertis: igitur corpus re- sumpsit desertum morte in sepulchro; ut animà & corpore habitaret in celo.
- 5. Per deserta que non habitabantur. Quod desertum in habitatum, dum suffi- ciebat desertum? Vocatio Monacho- rum elucet à fuga sæculi, huiusmodi de- ferti geminatione: quandoquidem per- fecta in memoria oblivio mundi; ubi deserta relinquuntur habitata, ut habi- tentur deserta.
- 6. Per deserta, que non habitabantur. De- sertum dicitur sepultura, quippequam nisi à mortuis, inhabitata: hæcque viâ designatur in patriam pergentibus, ut mirabilis, cum terra sit oblivionis; quo- niam insigne miraculum: quod in obli- vionis terra, sit memoria defuncto- rum.

DIDASCALIA PRIMA.

In Virgine descensus Maternitatis, solitudo solitudinis.

Virginis pælori sancio al- tera crux solitud.

1 Sape dixi crucem Virginis- Matris fuisse crucem Salvato- ris; cuius diris dolocibus usque ad ani- mam transfixa, ultra patitur dum sola, an- gustia excedente vehementissimum dolo- rem, quem perpessa uti mater iuxta cru- cem. Sola domo mæret vacua, stansque relicta.

Incubat, illum absens absentem audireque videt que.

Hæc maior & nova crux, qua transfossura matris cor, ex auditus dulcedine, & oculorum remanente amaritudine: equidem Dilectum audire nequibat; & que vide- rat, videbat, filio per mortem absente, verum præsentem dolore.

Asi-